211

modo et iuris titulo post olim Nobilem Baltasarum Lopienski aeum iure naturalis successionis concernen in areis hortis agris pratis campis et cum omnibus ac singulis utilitatibus fructibus proventibus attinentiis nullis ex ceptis ab actu prnti ad decursum sex annorum immediate se sequentium pro summa certa iam in parti recepta arendauit. ipsumque ipsi iam exnunc in eadem bona cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem Nobiles officiose acceptandum dat et admittit. et tueri se ab omnibus personis et evincere submittit sub damnis prnibus simpli taxandis coram officio prnti peremptoria remissione omnibus iuribus remediis et defensis sibi abscribendo. Prefatus vero Stanislaus Sliwowski coram officio prnti palam recognovit se ea bona non alio modo nisi iure Arendae tenere, et post expirationem Arendae eidem Grochowski siue eius posteris reddere, et quatuordecem Sexagenas Polon in expiratione Arendae persoluere sub vadio simili. Et coram officio prnti Castrensi Branscensi peremptoria remissione omnibus iuribus remediis se vero abscribendo.

Grochowsky — Consensus.

Coram Officio prnti Castrensi Capitaneali Branscensi Actisque Officij eiusdem personaliter comparens Nobilis Valentinus olim Gregorij Kamienski sanus mente et corpore exnunc a foro suo Terrestri recedendo et huic se Castrensi incorporando publice et libere recognouit. Quia Nobili Adamo olim Alberti Groch sororino suo aedificia sua videlicet Strubam nigram cum duabus Cameris et atrio dat donat eademque deportare concedit quo voluerit Hac sua personali recognitione mediante.

Prossensky — Quietatio.

Coram Officio et Actis prntibus Castrensi Capitaneali Branscensi personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Dauidis Sredniski sanus mente et corpore exnunc palam et libere recognovit. Quia sibi Nobilis Petrus olim Andreae Proszenski decem Florenos polon debiti inscripti persoluit ideoque quietat et inscriptionem cassat perpetuo.

Poplawy — Obligatio.

Coram Officio et Actis prntibus Castrensibus Capitanei Branscensibus personaliter comparens Nobilis Andreas olim Martini Piotrowski de Poplawy haeres sanus mente et corpore exnunc a foro suo quouis recedendo et huic se incorporando palam ac libere recognouit. Quia Nobili Stanislao olim Bartholomaei Poplawski bonorum in haereditate Poplawy consistentium in primo campo ab Olexino na zdroiowem quatuor sulcos a via Olexianska ad graniciem Olexianska inter metas successorum

Gita, et inoserow in duobus locis in vno loco quatuor sulcos et in alio vni iary prout extenduntur, in alio campo na wystepie duos sulcos i pariete Wierzbnikowa ad graniem Dorzsnicka, in tertio campo na lopunych sulcum iary a fluuio ad metam Wystepowa inter medorsu iacen Cum pratis campis et omnibus vtilitatibus nullis exceptis et cum rubetis in Summa Triginta Florenorum Polon. sibi usq ad reemptionem, et Summa praefata integram et indiuisam ex donem obligauit et inscripsit. jntrom illi iam ex nunc cum pacifica possone per Ministerialem et Nobiles offere acceptandam admittendo. Et submittit se idem ipse recognans praefato Nobili Stanio Poplawski si bis in locis aliquid per quempiam ademptum fuerit, totidem in aliis Locis adimplere, et ab omnibus personis eundem creditorem suum toties quoties opus fuerit durante eiusmodi iure obligatio tueri et euincere nec solus per se ac per submissas personas iniuriari Sub vadio simili. Et coram Officio pnti Castren Branscen perempte respondere tenebitur Omnibus iuris remediis se vti abscribendo.

G. Zelski Intromissio.

Ministerialis Gnalis Regni Prouidus Josephus Bronka authenticus et iuratus Officioq pnti bene notus coram eodem Officio pnsstans publice recognouit. Quia ipse habitis secum Nobilibus Andrea Jakubowski et Egidio Pietrzykowski sibi gratia Euidentioris testimonij adiunctis condescendendo die Sabbatho ad villam Juchnowiec antiqua necnon Ciekuny et Lubiczyki ad Curiamq in Juchnowiec sitam ibidem in bona praefata eorumq cunctis attinentiis Generosum Christophorum a Zali Zelski iuxta vim et continentiam contractus intercisi inter ipsum Gnosum Zelski ex vna. Et Generosum Martinum Kurzenieckiolim Martini filium parte ex altera inita et coram actibus authenticis vadio certe firmata vigore eiusdem intercisi ex libera admissione eiusdem Kurzeniecki, nemine q alio sibi possore praeueniente nec contradicente, neq hic coram actis prout et sibi impugnante intromisit inuestiuit et in possonem pacificam contulit ac subditis obedientiam praestari indixit. De quo eam sua Relonem fecit.

Szablowski Poplawy Donatio.

Coram Officio pnti Castren Capitan Branscen personali comparentes Nobiles Stanislaus olim Bartholomaei Poplawski et Valen-